



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria. iij. Statio ad sanctam Maria[m] maiorem. Introitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

gdalenez: Maria iacobi mi-
nozis et ioseph mater et salome
Et cum eent i galilea sequebatur
eum et ministrabat ei et alie mul-
te que simul cum eo ascenderat hic
rosolimam. **Hic legit in tono**

Et cum iam sero euangelij.
esset factum quod erat para-
scue quod est ante sabbatum venit io-
seph ab arimathia nobilis de-
curio qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter introi-
uit ad pilatum et petijt corpus ie-
su. Pilatus autem mirabatur si iam
obisset. Et accersito centurio/
ne interrogauit eum si iam mor-
tuus esset. Et cum cognouisset a
centurione donauit corpus io-
seph. Ioseph autem mercator syn-
done et deponens eum inuoluit
syndone et posuit eum in monu-
mento quod erat excisus in pe-
tra. Et aduoluit lapidem ad
ostium monumenti. **Offer.** Custo-
di me domine de manu peccato-
ris et ab hominibus iniquis eripe
me domine. **Secreta.**

Sacrificia nos que domine pro-
pensius ista restaurent: que me-
dicinalibus sunt instituta ieiunij.
Per. **Coio.** Aduersus me
exercebatur qui sedebat in por-
ta: et in me profallebat qui bibebat
uinum: ego uero orationem meam ad
te domine: tempus beneplaciti deus in
multitudine misericordie tue.

Sanctifica/ **Postcolo.**
tionibus tuis opus deo et vi-
ta nostra curent: et remedia nobis
sepiena prouentat. **Sup pph**

Tua nos misericors/ **Dio.**
dia deo et ab omni surreptio-
ne vetustatis expurget: et ca-
paces sancte nouitatis efficiat. **p.**
Feria. iij. Statio ad sanctam
Mariam maiorem. Introitus.



Minore diu omne ge-
nuum flectatur: celestius
terrestrium et infernorum
quod dominus factus est obe-
diens usque ad mortem: mortem autem
crucis: ideo dominus iesus christus in glo-
ria est dei patris. **p.** Domine exaudi
orationem meam: et clamor meus
ad te ueniat. **O**remus. Flecta-
mus genua. **Leuate. Oratio.**

Propterea quod opus deo ut qui
in nostris excessibus incessanter
affligimur: pro uiginti tui pas-
sionem liberemur. Qui tecum.
Lectio esaię pphete. lxxij. ca.

Hec dicit dominus deus: Di-
cite filie syon. Ecce sal-
uator tuus uenit. Ecce merces
eius cum eo. Quis est iste qui ue-
nit de edom tinctis uestibus de
bosra? Iste formosus in stola
sua gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Ego qui lo-
quor iusticiam et propugnator sum
ad saluandum. Quare ergo ru-
brus est indumentum tuum et vesti-

menta tua sicut calcantiū i toz-
culari. Torcular calcanti sol^o
z de gētibus nō est vir mecū.
Calcanti eos in furore meo et
cōculcanti eos in ira mea. Et
aspersus ē sāguis eoz sup ve-
stimenta mea z oia indumen-
ta mea inquinavi. Dies enim
ultionis in corde meo. Ann^o
retributionis mee venit: cir cū
spexi z non erat auxiliator: q̄/
fui z non fuit qui adiuuaret.
Et saluauit michi brachium
meum et indignatio mea ipa
auxiliata est mihi. Et cōcul-
canti populos i furore meo: z
inebrianti eos in indignatiōe
mea: z detraxi virtutē eozū in
terrā. Miserationū dñi recoz-
dabor. Laudē dñi sup oib⁹ q̄
reddidit nobis dominus de⁹
noster. **Grad.** Ne auertas fa-
ciem tuā a puero tuo: quoniā tri-
buloz velocit exaudi me. N Sal-
uum me fac deus qm̄ intrauerūt
aque vsqz ad animā meam: in si-
rus sum in limo profundū: z non
est substātia. **Hic dicit.** Dñs vo-
bis cū. **Ant.** Flectamus genua.
Oratio. Deus qui pro
nobis filius tuū crucis
patibulum subire voluisti: vt
inimici a nobis expelleres po-
testate: concede nobis famu-
lis tuis: vt resurrectionis gra-
tiam cōsequamur. Per eū.

Lectio esaię pphete. liij. cap.

In dieb⁹ illis. Dixit esai-
as: Dñe qs credidit au-
ditui nroz brachiū dñi cui re-
uelatū est. Et ascendet sic vir-
gultū corā eo z sicut radix de
terra sitiēt: z nō est species ei
neqz decor. Et vidim⁹ eū z nō
erat aspectus: z desiderauim⁹
eum despectū z nouissimū vi-
roz: virū doloꝝ z scientem
infirmatē. Et quasi abscōdi-
tus vultus eius z despect⁹ vñ
nec reputauim⁹ eū. Vere lan-
guozes nros ipse tulit et dolo-
res nros ipse portauit. Et nos
putauimus eū quasi leprosus
et percussus a deo humiliatū.
Ipse aut vulnerat⁹ est ppter
iniquitates nras: attrit⁹ ē ppter
scelera nra. Disciplina pacis
nre sup eū z liuore ei⁹ sanati
sum⁹. Dñs nos quasi oues er-
rauimus: vnusquisqz in viam
suā declinauit: z dñs posuit i
eo iniquitatē omniū nostruz.
Oblatus ē qz ipse voluit z nō
aperuit os suū. Sicut ouis ad
occisionē ducet: z quasi agn⁹
corā tōdente se obmutescet et
non aperiet os suū. De angu-
stia z de iudicio sublatus est.
Generatiōe eius qs enarra-
bit. N abscisus est de terra vi-
uentiū. Propter scelus ppli
mei pcussi eū: z dabit impios

pro sepultura: et diuites pro morte sua: eo quod iniquitate non fecerit: neque dolus inuenit fuerit in ore eius. Et dominus voluit perterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam: videtur debet semen longeuum: et voluntas domini in manu eius diriget: pro eo quod tradidit in mortem animam suam: et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccatum multorum tulit: et per transgressoribus orauit: ut non periret. **Tractus**
Dñe exaudi orationē meā et clamor me⁹ ad te vēiat. **V**e auertas facies tuam a me in quacūq; die tribulo: iucina ad me aures tuam. **I**n quacūq; die inuocauero te velociter exaudi me. **Q**uia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixorio: confixa sunt. **P**ercussus sum sicut fenū et aruit cor meum: quia oblitus sum manducare panem meū. **T**u exurgēs domine misereberis syon: quia venit tempus miserendi eius.
Passio dñi nostri iesu christi
Scdm Lucam. xij. capitulo.
In illo tēpe: **A**ppropinquabat autē dies festus azymoz: quod dicitur pascha. Et querebāt principes sacerdotum et scribe: quō iesum interficerēt. Timebāt vō plebem. Intrauit autē sathanas in iu-

dā: quod cognominabatur scarioth vnde duodecim et abijt: et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus: quē ad modum traderet illū eis. Et gauii sunt: et pacti sunt pecuniā illi dare: et spopōdit. Et querebat opportunitatē ut traderet eum sine turbis. Venit autē dies azymoz: in qua necesse erat occidi pascha: et misit petrum et iohannē dicēs. **E**untes parate nobis pascha ut manducemus. **E**t illi dixerūt. **U**bi vis paremus. **E**t dixit ad eos. **E**cce introeuntibus vobis in ciuitatē: occurret vobis homo: amphoram aque portans: sequimini eam in domū in quā intrat: et dicetis patrifamilias domus. **D**icite tibi magister vbi est diuersorium: vbi pascha cum discipulis meis manducemus. Et ipse vobis ostendet cenaculū magnū stratū: et ibi parate. **E**untes autem inuenerunt: sicut dixit illis iesus: et parauerūt pascha. Et cum facta esset hora discubuit: et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. **D**esiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. **D**ico enim vobis: quia ex hoc nō manducabo illud: donec impleatur in regno dei. **E**t accē-

pro calice gr̄as egit: ⁊ dixit.
+ Accipite ⁊ diuidite iter vos
 Dico enim vobis: q̄ non bi-
 bam de generatiōe vitis: do-
 nec regnuz dei veniat. **Q** Et
 accepto pane: gr̄as egit: ⁊ fre-
 git: ⁊ dedit eis dicēs. **+** Hoc
 est corpus meum: q̄d pro vob
 datur. Hoc facite in meā cōme-
 moratiōem. **Q** Surr ⁊ calicez
 postq̄ cenauit dicēs. **+** Hic
 est calix nouū testamētum in
 sanguine meo: qui pro vobis
 effūdet. Verūtamen ecce ma-
 nus tradētis me: mecuz est in
 mensa. Et q̄dem filius homis
 sc̄dm q̄d diffinitum est vadit.
 Verūtamen ve homi illi per-
 que tradent. **Q** Et ipsi cepe-
 runt querere iter se quis esset
 ex eis q̄ hoc factur⁹ esset. Fa-
 cta est autem contentio inter
 eos: q̄s eorum videretur esse
 maior. Dixit autē eis. **+** Re-
 ges gētium dñantur eoz: ⁊ q̄
 potestātē habēt super eos be-
 nefici vocātur. Nos autē nō
 sic. Sed q̄ maior est in vob:
 fiat sicut mior. Et q̄ precessor
 est sicut ministrator. Nam q̄s
 maior est: qui recumbit: an q̄
 ministrat? Nōne q̄ recumbit.
 Ego autem in medio vestrum
 sum: sicut qui ministrat. Nos
 autem estis qui permanistis
 mecum in tentatiōibus meis.

Et ego dispono vob: sicut di-
 sposuit mihi pater me⁹ regnū
 vt edatis ⁊ bibatis super men-
 sam meam in regno meo: ⁊ se-
 deatis super thronos iudicā-
 tes duodeci tribus israel.
Q Ait autē dominus simoni.
 Simon ecce sathanas expeti-
 uit vos: vt cribraret sicut triti-
 cum. Ego autē rogavi p te:
 vt non deficiat fides tua. Et
 tu aliquādo cōuersus confir-
 ma fratres tuos. **Q** Qui di-
 xit ei. **S** Dñe tecum paratus
 sum: ⁊ in carcerem ⁊ in mortē
 ire. **Q** Et ille dixit. **+** Dico
 tibi petre: non cantabit hodie
 gall⁹: donec ter abneges nos/
 se me. **Q** Et dixit eis. **+** Nū
 misi vos sine sacculo: ⁊ pera ⁊
 calciamentis: nūquid aliquid
 defuit vobis. **Q** At illi dixē-
 runt. **S** Nihil. **Q** Dixit er-
 go eis. **+** Sed nunc qui ha-
 bet sacculum: tollat similiter
 ⁊ peram. Et q̄ non habet: vē-
 dat tunicam suaz ⁊ emat gla-
 dium. Dico enim vobis: quo-
 niam adhuc hoc q̄d scriptum
 est oportet impleri in me. Et
 cū iniquis deputatus est. Et
 enim ea q̄ sūt de me sinez ha-
 bēt. **Q** At illi dixerūt. **S** Do-
 mine ecce gladij duo hic. **Q**
 At ille dixit eis. **+** Satis est
Q Et egressus ibat secūdū

cōsuetudinē in montē oliuaz
 Secuti sūt aut̄ illūz discipuli
 ei⁹. Et cū puenissent ad locū
 dixit illis. **✠** Orate: ne itretis
 in tentationē. **✠** Et ip̄e auul
 sus est ab eis quantū iacr⁹ est
 lapidis. Et positis genib⁹ ora
 bat dicēs. **✠** Pater si vis trāf
 fer calicem istū a me. Uerūtū
 non mea uolūtas: sed tua fiat.
✠ Apparuit aut̄ illi angelus
 de celo cōfortās eū. Et fact⁹ in
 agonia plixius orabat. Et fa/
 ctus est sudor eius: sicut gutte
 sanguinis decurrētis in terrā
 Et cū surrexissz ab orōne z ve
 nissz ad discipulos suos: inue
 nit eos dormientes pre tristi
 cia. Et ait illis. **✠** Quid dor/
 mitis: Surgite z orate: ne itre
 tis in tentationez. **✠** Adhuc
 eo loquēte: ecce turba: z q vo
 cabat iudas vn⁹ de duodeciz
 antecedebat eos. Et appropi
 quauit iesu: vt oscularetur eū
 Iesus at̄ dixit. **✠** Iuda oscu
 lo filiū homis tradis? **✠** U/
 dentes aut̄ hi qui circa ipsum
 erāt qd futurū erat dixerūt ei
✠ Dñe si pcutim⁹ in gladio?
✠ Et percussit vnus ex illis
 fernū principis sacerdotumz
 amputauit auriculā ei⁹ dexte
 ram. Rūdens autē iesus ait.
✠ Sinite vsqz huc. **✠** Et cū
 tetigisset auriculā ei⁹ sanauit

eum. Dixit aut̄ iesus ad eos q
 venerāt ad se principes sacer
 dotū z magistratus tēpli z se
 niores. **✠** Quasi ad latronez
 existis cū gladijs z fustib⁹ cū
 quotidie uobiscū fuerim in tē
 plo z non extendistis manus
 in me. Sed hec est hora vira z
 potestas tenebraz. **✠** Cōpre
 hendentes aut̄ eū duxerūt ad
 domū principis sacerdotum.
 Petrus vō sequebat eū a lon
 ge. Accēso aut̄ igne in medio
 atrio z circūsedētib⁹ illis erat
 petr⁹ in medio eorū. Quē cū
 vidisset ancilla quedā sedētē
 ad lumē: z eū finissz intuita di
 xit. **✠** Et hic cū illo erat. **✠**
 Et ille negauit eū dicens. **✠**
 Mulier non noui illū. **✠** Et
 post pusillū ali⁹ videns eū di
 xit. **✠** Et tu d̄ illis es? **✠** Pe
 trus vō ait. **✠** O hō nō sum.
✠ Et interuallo facto qñ ho
 re vn⁹ ali⁹ quidam affirma
 bat dicens. **✠** Vere z hic cuz
 illo erat: nā z galileus est. **✠**
 Et ait petr⁹. **✠** Homo nescio
 qd dicis. **✠** Et continuo ad
 huc illo loquente cātavit gal
 lus. Et uersus dñs respexit
 petrū. Et recordat⁹ est petr⁹
 vbi dñi sicut dixerat qz prius/
 qz gallus cantet: ter me nega
 bis. Et egressus foras Pe/
 trus fleuit amare. Et viri qui

tenebant iesuz illudebant ei: cedetes eu. Et relauerunt eu z percutiebant facie ei: z interrogabant eu dicentes. **S**Prophetiza: qd est qui te percussit: **Q**Et alia multa blasphemias dicebat in eu. Et vt factus est dies: conuenerunt seniores plebis: z principes sacerdotu z scribe z duxerunt illu in consiliu suu dicentes: **S**Si tu es christus: dic nobis? **Q**Et ait illis. **S**Si vobis dixerero: no creditis mihi. Si autem interrogauero: non respondebitis mihi: neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris sedis dei. **Q**Dixerunt autem z oes. **S**Tu ergo es filius dei? **Q**Qui ait. **S**Nos dicitis quod ego sum. **Q**At illi dixerunt. **S**Quid adhuc desideramus testimoniu: Ipsi enim audimus ex ore ei. **Q**Et surgens ois multitudo eorum duxerunt illu ad pilatu. **E**sperunt autem illu accusare dicentes: Nunc inuenimus subuertete gentem nostram z prohibete tributa dari cesari: z dicete se xpm regem esse. **P**ilatus autem interrogauit eu dicens. **S**Tu es rex iudeorum. **Q**At ille respondens ait. **S**Tu dicis. **Q**Ait autem pilatus ad principes sacerdotu z turbas. **S**Nihil inuenio cause in hoc homine.

QAt illi inualescebant dicentes. **S**Comouit populum docens per uniuersam iudeam: incipiens a galilea usque huc. **Q**Pilatus autem audiens galilea: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit quod de herodis potestate esset: remisit eu ad herodem: quia ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem visus iesu: gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum: eo quod audierat multa de illo: z sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotu: z scribe constanter accusantes eu. Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo: z illuxit eu indutum veste alba: z remisit ad pilatu. Et facti sunt amici herodes z pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus z plebe: dixit ad illos. **S**Obtulisti mihi hunc hominem quasi auertente populo: z ecce ego coram vobis interrogo: nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque herodes. Nam remisit illum ad nos: z ecce nihil dignum

morte actum est ei. **E**menda-
 tum ergo illum dimittam. **¶**
 Necesse autē habebat dimitte-
 re eis per diem festū vnū. **E**x-
 clamauit autē simul vniuersa
 turba dicēs. **¶** Tolle hunc: et
 dimitte nob̄ barrabā. **¶** Qui
 erat ppter seditionē quandaꝫ
 factā in ciuitate et homicidiū
 missus in carcerem. **¶** Iteꝫ autē
 pilat⁹ loc⁹ est ad illos: vo-
 lens dimittere Iesum. At illi
 sic clamabāt dicētes. **¶** Cru-
 cifige crucifige illū. **¶** Ille
 autem tertio dixit ad illos. **¶**
 Quid mali fecit iste. Nullam
 causam mortis inuenio in eo.
 Corripā ergo illū et dimittā.
¶ At illi instabāt vocib⁹ ma-
 gnis postulantes vt crucifige-
 retur. Et inualescebāt voces
 eoz. Et pilat⁹ adiudicauit he-
 ri petitionē eoz. Dimisit autē
 illis eū: q̄ ppter homicidiū et
 seditionē missus fuerat in car-
 cerē quē petebāt: iesum vero
 tradidit volūtati eoz. Et cū
 ducerent eū apprehenderunt
 simonē quē dā cyrenensē: ve-
 nientē de villa: et imposuerūt
 illi crucē portare post Iesum.
 Sequebat autē illū multa tur-
 ba ppli: et mulier: que plāge-
 bāt et lamētabant. **¶** Cōuersus
 autē ad illas iesus dixit. **¶** Si-
 lie hierl^m: nolite flere sup me

sed sup vos ipsas flete: et super
 filios vros. **¶** Quia ecce venient
 dies: in qb⁹ dicent: Beate ste-
 riles et ventres q̄ non genu-
 erūt: et vbera q̄ nō lactauerūt
 Tūc incipient dicere monti-
 bus cadite sup nos: et collib⁹
 operite nos. **¶** Quia si in viridi
 ligno hoc faciūt: in arido qd
 fiet. **¶** Ducebant autē et alij
 duo nequā cū eo: vt inierfice-
 rent. Et postq̄ venerūt i locū
 quocā caluarie: ibi crucifixe-
 rūt eū: et latrones: vnū a dex-
 tris et aliū a sinistris. **¶** Iesus at
 dicebat. **¶** Mater dimitte il-
 lis: nō enim sciunt qd faciunt
¶ Diuidentes vō vestimēta
 eius miserūt sortes. Et stabat
 populus expectans: et deride-
 bant eū pncipes cū eis dicen-
 tes. **¶** Alios saluos fecit se-
 ipz saluū faciat: si hic est xps
 dei elect⁹. **¶** Illudēbāt autē
 eiz milites accedētes: et acetū
 offerentes ei dicentes. **¶** Si
 tu es rex iudeoz: saluū te fac.
¶ Erat autē et subscripto scri-
 pta sup illū lris grec: et latis:
 et hebraicis. **¶** Hic est rex iudeo-
 rū. **¶** Cuius autē de his q̄ pende-
 bāt latronib⁹: blasphemabat
 dicēs. **¶** Si tu es xps: saluū
 fac te ipsum et nos. **¶** Re-
 spōdēs autē alter increpabat
 eum dicēs. **¶** Neq̄ tu times

deum: qui in eadē dānatione
es. Et nos quidē iuste: nā di/
gna factis recipimus: hic vō
nihil mali gessit. **O** Et dice/
bat ad iesum **S** Dñe memen/
to mei: dū veneris in regnum
tuū. **O** Et dixit illi iesus **+**
Amē dico tibi: hodie mecum
eris in paradiso. **O** Erat au/
tē fere hora sexta: z tenebre fa/
cte sūt in vniuersa terra vsq;
in horā nonā. Et obscurat⁹ ē
sol: z velū tēpli scissū ē medi/
um: z clamās iesus noce ma/
gna ait **+** In manus tuas cō/
mēdo spm̄ meum. **O** Et hec
dicēs expirauit. **V**idēs autē
cēturio qđ factū fuerat: gñsi/
cauit deū dicēs: **S** Vere hic
hō iustus erat. **O** Et oīs tur/
ba eoz q simul aderāt ad spe/
ctaculū istud: z videbāt q̄ fie/
bāt: pcutiētes pectora sua re/
uertebantur. Stabāt autē oēs
noti ei⁹ a longe: z mulieres q̄
secute erāt eū a galilea hec vi/
dētes. **Hic legit i tono euāge**
Ecce vir noie io/ **li.**
seph: q erat decurio vir
bon⁹ z iust⁹: Hic nō p̄senserat
p̄ filio z actib⁹ eoz ab arima/
thia ciuitate iudee: q̄ expecta/
bat z ip̄e regnuz dei: Hic ac/
cessit ad pilatū: z petijt corp⁹
iesu. Et deposuī iuoluit i syn/
done: z posuit eum in monu/

mēto exciso: i quo nōdū qđq;
positus fuerat. **Offer.** Dñe ex/
audi orationē meā z clamor⁹ me

Pus ad te p̄ueiat. **Secreta**
Purifica nos misericordz
deus: vt ecclie tue p̄ces q̄ tibi
grate sunt pia munera deferē/
tes: fiat expiatis mētibus gra/
tiores. **Per. Lctio.** Potū me/
um cū fletu tēperabā q; eleuans
alifisti me: z ego sicut fenū aruit/
tu autē dñe in eternū pmanes: tu
exurgens misereberis syō q; ve/
nit tps miserendi ei⁹. **Doctca.**

Largire sensib⁹ nostris
ops deus: vt p tempora/
lem filij tui mortē quā myste/
ria venerāda testantur vitaz
nobis te dedisse perpetuā p̄si/
damus. **Per eūdē. Sup po/**

Respice q̄s **pulū Dio.**
domine super hanc sa/
miliam tuaz pro qua domin⁹
noster iesus christus non du/
bitauit manib⁹ tradi nocētū:
et crucis subire tormentum:
Qui tecum viuit z regnat.

Feria quinta in cena domini.
Statio ad sanctum iohannem.
in laterano. Introitus.

Dos autē glari opoz/
tet in cruce domini
nostri iesu christi: in
quo est salus vita et
resurrectio nra: p̄ quē saluati z li/
berati sumus. **ps.** De⁹ misereat